UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorvm

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

4. De ordinatione ad locum refectionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50980

Visual Library

tacet: Saluator reſpondet. Ex eo quòd ille qui præeſt pro innocente, iniuſtè accuſato, non loquitur, aliquando occaſio eſt, quòd innocens pro ſe loquitur, & lis inde oritur.

Sequens capitulum de ordinatione pertinente ad locum refectionis.

CAPVT IIII.

SEquitur de ordinatione pertinente ad locum refectionis: ad quam pertinet quod clauſtralis cibum corporis ad ſuſtentationem non ad delectationem quærat: cibum verò ſpiritualem ibi non negligat. Cibus exquiſitus non congruit deſerto clauſtri. Vnde conuenienter inter clauſtri abuſiones, cibus exquiſitus enumeratur. Quod clauſtrali apponitur, diſciplinatè, ſine murmure, cum gratiarum actione debet ſumere. De diſciplina iſta quære in 2. lib.

Sequens capitulum de ordinatione pertinente ad locum dormitionis.

CAPVT V.

SEquitur de ordinatione, ad locum dormitionis pertinente. Ad quam ordinationem primo pertinet: vt in ſtatu periculoſo clauſtralis non dormiat. Secundò, vt lecti mollitiem non quærat. Tertiò, vt nudus non iaceat. Quartò, vt pigredo ei ſomnũ non immittat. Quintò vt pigritia eum in lecto non detineat. Sextò, vt brutaliter non dormiat. Septimò, vt ſomnus inordinatus tempus oportunius ſpiritualibus exer-